

suavis, dulcis, & levis, sine amaritudine, ac pondere peccati, ac illius fetore; tamen in presenti, maxime in rem nostram, id quod dicitur, quasi vestigium hominis, id est, referens similitudinem, ac formam vestigii hominis ut est communis expositio, sed ejus hominis importabat similitudinem, Christi Domini nempe, ut jam alibi notavi ex D. Augustino serm. 201. de tempore, & ait: Ne forte aliquis dubitet nubem illam vestigium hominis habuisse, dixit illius nique hominis, qui dixit, quem dicunt homines esse filium hominis. Proindeque nubes illa præfigens immaculatam Conceptionem Virginis Mariæ, præferbat vestigium, & similitudinem Christi Jesu: equitatis meo assimilavi te amica mea, Cantic. 1. num. 9. Arabicus legit, Equo meo assimilavi te amica mea. Per equum Aponi, Theodoretus intelligunt Chisti humanitatem, cui inerat divinitas; huic ergo humanitati ait assimilavi te amica mea. De hac similitudine Virginis multa dixi in 1. in Evangel. lib. 1. cap. 5. quest. 49 n. 147. & tom. 3. cap. 7. quest. 19 num. 132 & tom. 5. lib. 8. cap. 17. quest. 13. num. 83, & tom. 6. cap. 2. Matth. q. 8. n. 41.

Cantic. 1. Arabicus. Aponi. Theodor.

QUESTIO X.

Veritas immaculata Conceptionis Virginis demonstratur ex perpetua traditione Ecclesie à tempore Apostolorum.

59. D. Thom. 1. Tim. 6.

Satis notum est, quantum sit auctoritas traditionum Ecclesie de quo late agunt Theologi cum D. Thoma 3. part. quest. 27. artic. 1. dist. 1. quest. 1. quest. 3. ad 3. & in materia de fide, quod nos docet Apostolus 1. Timoth. ultimo, dicens: Tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram. Utrouque modo nostram veritatem, sive per sermonem, sive per scripta, ex ore Apostolico habitam.

60.

Et primum sit, ex libris Sancti, Cecilii & Sancti, Tephon, qui fuerunt discipuli Sancti Jacobi Apostoli Majoris, qui libri litteris Arabicis in monte Sancto Granate reperti sunt pro quorum librorum approbatione exactissima, & rigida examina sunt facta. In quodam Concilio Provinciali convenientibus doctissimis, & gravissimis Viris; & postea ex mandato Serenissimi Regis Philippi III, In quodam congressu Magnorum Virorum, Præsidente Illustrissimo Domino Archiepiscopo Toletano, appositis & solutis argumentis in contrarium, iterum prædicti libri fuerunt examinati, & approbati, ut testatur Illustriss. Dom. D. Fr. Franciscus de Souza Episcopus de Olma, qui interfuit in prædicto congressu libro pro Immaculata Concepti. & referunt Franciscus Bavariensis & Thomas Tanaio in dexteriorum ad annum Christi 308. num. 9. Lezana de Concept. c. 116. Egid. Lusitan. lib. 3. de Concept. q. 3. art. 1. sect. 4. §. 7. Madeira in defensorio pro Reliquiis Sanctorum. Fr. Josephus de Jesu Maria in visa Deipara nostra, cap. 20. num. 2.

Francisc. Olma.

Bavariensis. Tanaio.

Lezana. Egid. Madeir.

In prædictis libris Sancti Cecilii, & Tephon dicunt, quod Sancti Apostoli in quodam Concilio Hierosolymis habito dixerunt, & declaraverunt, quod illa Virgo, illa Maria, illa Sancta, preservata fuit à peccato Originali in primo instanti sua Conceptionis, & libera ab omni culpa, & qui ita non senserit, non consequenter salutem eternam. Ita ex Arabico sunt verba Latine donata; & forsitan ultima verba, & qui ita non senserit, non consequetur salutem eternam: addita sunt à Sanctis Concilio, & Tephon.

Sanctus Gabriel Archangelus revelavit B. Amadæo, ut constat ex quodam libro ser. vato Valiesolei, ut refert citatus Episcopus Souza, & illum se vidisse testatur Fr. Josephus de Jesu Maria citatus num. 4. Revelavit ergo Archangelus, quod Sancti Apostoli miris laudibus celebrarent Sanctissimam Deiparam, & quod facit ad rem nostram Sanctus Andreas dixit: Tu sola fuisti preservata ab universali condemnatione omnium, mortua non fuisti in Adamo unica; & sola immaculata. Sanctus Thomas Apostolus dixit Ofelix que in principio vivens, fuisti electa, in præviso peccato Adami, non fuisti cum aliis damnata, imò ob merita filii tui, præter aliorum conditionem sic fuisti præventa, ut nec in minimo momento exiisti ejus inimica, sed semper amica. Sanctus Marth. Apostolus dixit, Sicut nix tua albedo! ô Maria immaculata, junctus sis absque nodo, Spiritus sanctus ab eterno te preservavit, sanctificavit, illuminavit, ac singularibus privilegiis decoravit. Sanctus Matthias Apostolus hoc modo loquitur, O Beata Maria non fuisti concepta in peccato, imò semper plena, omni gratia, ac sapientia.

Ratio, quam sacri Apostoli habuerunt, ad decantanda Talia Virginis præconia, nobis non constat; tamen potest colligi ex his quæ tradit D. Dionysius cap. 3. §. 1. de divinis nominibus; quod postquam Sanctissima Virgo efflavit sacratissimam animam, convenerunt Apostoli ad funerandum illud divinum corpus, Jacobus Episcopus Hierosolimitanus, D. Petrus, & alii Apostoli, ac Discipuli Domini, & postquam venerati sunt illud corpus, quod in se Deum receperat, omnes Apostoli illius laudes decantaverunt, & unanimesque juxta suum Spiritum, extollentes Dei bonitatem, quæ in eo tot, ac tanta mirabilia fuerat operata; inde consequens sit quod Apostoli non præterierunt magnum privilegium præservationis à peccato originali; sed illud ut illustre, ac præclarum principium aliorum Magnalium, ac divinæ, & supremae electionis intonarunt, & hoc maxime ex hoc comprobatur, quia ut testatur Juvenalis Episcopus Jerosolymis, apud Euthymium lib. 3. Histor. cap. 3. Apostoli, & ceteri fideles per tres dies integros, ac continuos perseverarunt in his Virginis præconiis celebrandis; & hoc ex eo facile persuadetur, quia apud antiquos Christianos extitit celebris consuetudo quod in actibus funeralibus publicè dicebantur ac evulgabantur præconia, rerum gestarum demortui, ut testatur D. Dionysius de Ecclesiastic. Hierarch. cap. 7. in principio D. Clem. lib. 6. Constit. Apostolicar. cap. 2. Tertullian. de Corona militis, & ex illis multi alii

61.

S. Cecil. S. Tephon.

62.

S. Amad.

D. Thom. Apostol.

Marth. Apostol.

Marth. Apostol.

63.

D. Dionys.

Funeralis D. Virg. multis encensis Apostoli celebrantur.

Juvenalis. Euthym.

D. Dionys.

D. Clem. Tertullian.

alii

alii antiqui, ex quo à fortiori credendum est, quod Apostoli in his non defuerunt, sed abundantissime illud peregerunt in celebrandis funeralibus Beatissimæ Virginis.

64.

Andreas. Apostol. Abdias.

Presbyter.

Bellarmin.

Canis. Lippoman.

Extant etiam alia præclara testimonia Apostolorum de hac re, & primò, & valde celebre de hac re est illud D. Andree Apostoli, ut refert Abdias Babylonicus lib. 4. suæ Historiæ in hæc verba. Sicut de Immaculata terra, & nunquam maledicta factus fuerat primus homo ita ex semper Immaculata Virgine formatus fuit secundus Adamus. Hanc sententiam publicè prædicavit sanctus Apostolus adstante proconsule Egæa, ut scribit Præbyteri A-haiz in libro de Passione sancti Andree. Hanc Historiam ut magis ponderis, ac auctoritatis venerantur Bellarmin lib. 2. de statu peccati cap. 15. & lib. de scriptorib. Ecclesiastic. ad finem 5. sæculi. Canis. lib. 1. cap. 7. Lippoman. & alii, & merito sane. Nam illis Deipara sacratissima, terra, ex qua primus Adamus formatus est, comparatur; & cum Adamus creatus fuisset ex terra, quæ nullam Dei maledictionem obtinuerat, sic & ipsa purissima Virgo secundo Adamo, nempe Christo Domino suppeditavit materiam, quæ nullam in se peccati maledictionem admiserat; & ab illa omnino erat aliena, & libera.

65.

D. Jacobus. Minor. Sextæ Synodus Proclus.

Secundum testimonium in hac re nobis dat sanctus Jacobus Minor Episcopus Hierosolymitanus, qui in sua Liturgia, de qua multoies facit mentionem Sextæ Synodus c. 32. & eam nobis dedit Proclus Constantinopolit. Patriarcha, qui in Synodo Ephesina contra Nestorium pugnavit. Sic ait sanctus Apostolus in citata Liturgia: Dignum est, ut se vere Beatam dicamus Deiparam, semper Beatam, & omnibus modis irreprehensibilem, & matrem Dei nostri, & iterum Commemorantes sanctissimam, immaculatam, & gloriosissimam Dominam nostram Dei matrem. Cum ergo Apostolus dicat B. Virginem immaculatam omnibus modis irreprehensibilem, nullam maculam, nihil reprehensibilem, in ea agnoscat, alias eam non diceret immaculatam, & omnibus modis irreprehensibilem.

66.

D. Marc.

Jacobus. Apostolus.

Marc. Maxi.

D. Isidor.

Similiter & Marcus in sua Liturgia, de qua quest. sequenti pro Ecclesia Alexandrina Beatam Virginem appellat immaculatam, ac omnibus modis irreprehensibilem, & D. Jacobum Apostolum, Majorem Ecclesiam, quam in granata fundavit sub nomine B. Mariæ Virg. de Pilar dedicasse sub titulo Conceptionis Deiparæ testatur Marcus Maximus Episcopus Civitatis illius, qui floruit an. 600. quem mirifice laudat D. Isidorus lib. de viris illustribus cap. 46. ita modularur Episcopus in quodam hymno à se composito, ut referunt Murillus in fundatione illius Ecclesie, & Episcopus, Souza pro Conceptione; & Fr. Joseph. à Jesu Maria. citatus num. 4.

67.

D. Irenæus.

Ex quibus facio hoc argumentum ex optima doctrina D. Irenæi lib. 3. adversus Hæreses cap. 4. ubi ait, quod quando emerferit aliqua questio, vel dubitatio non ab aliis querenda est veritas, sed tantum ab Ecclesiis, quæ fundatæ sunt ab Apostolis. At sanctus Doctor. Non oportet apud alios veritatem querere, quando facile est ab Ecclesia sumere, cum Apostoli, quasi in depositarum divites plenissime in

eam contulerint omnia, qua sui veritatis. Et subdit quod debet fieri ex scripto, vel traditione Apostolorum. Atqui Ecclesia Hierosolymitana fundata à Jacobo Apostolo ejus Episcopo, Ecclesia Hispanica erecta à Jacobo Majore; Alexandrina à D. Marco; Achaica à S. Andrea, scripto & traditione: hæc veritatem tenent de pura, & immaculata Conceptione Virg. Mariæ, ergo non est quid amplius querendum.

QUESTIO XI.

Immaculata Concept. Virginis Mariæ recte demonstratur ex antiquissimis festivitatis illius, à tempore Apostolorum.

Errissimum est festum immaculatæ Conceptionis Virg. Mariæ celebrari universaliter in tota Ecclesia à tempore Sixti IV. anno 1480. Licet antea tam in Romana Ecclesia, quam in multis aliis tacita, vel expressa licentia Summi Pontificis celebraretur. Et noster Joannes Bachonius, qui floruit circa annum 1220 in 2. dist. 2. quest. 3. art. 3. testatur, quod ab antiquissimis temporibus festum conceptionis in Romana curia presentibus Cardinalibus, in Carmelitarum conventu celebrabatur.

Inquiramus antiquissima tempora, de quibus loquitur noster Bachonius, & certum habetur, quod hoc festum publicè celebratum fuerat in Anglia à tempore D. Anselmi, scilicet ab anno 1060. Nam quod D. Anselmus primus instituit hæc Conceptionis celebratam in Anglia, testatur Concilium Cantuariense, anno 1128. Teste nostro Bachonio quodlibet. 3. quest. 13. & ex multis aliis notat Bachonius in Calendario die 8. Decembris.

Longe antiquius D. Anselmo est festum Conceptionis, nam in multis antea Ecclesiis celebrabatur, ut patet ex Martyrolog. Bedæ, qui floruit anno 730. In quo invenitur hoc festum jam appositum, quod etiam sit manifestum ex Calendario Græco, quod tribuitur Divo Damasceno, qui floruit eodem tempore cum Beda.

Quartò. Altiori tempore ante Bedam, & Damascenum deprehenditur in Hispania festum Conceptionis celebratum; ut manifestatur Calendario Sancti Isidori, qui ex mandato Concilii Quarti Tolerani, composuit, ac reformavit Breviarium Hispaniæ, quod appellatur Mosarabe, ut tradunt Ambrosius de Morales lib. 11. cap. 19. Mariana lib. 6. c. 3. Loarza in Antationibus ad dictum Concilium Baroni tom. 8. anno 673. Floruit autem D. Isidorus circa annum 630. Concilium autem celebratum fuit anno 644.

Quintò. Adhuc in majori antiquitate invenimus festum Conceptionis celebratum multo longiori tempore ante D. Isidorum; nam Orosius auctor antiquissimus, ac gravissimus qui floruit anno 400. In Epistola ad Eusebium, ex quo hæc verba refert Orosius in sua

68.

Sixtus IV. Festivitas Conceptionis in Ecclesia in Carmelitarum conventu celebratur.

69. Bachon.

70. Beda.

71. D. Isidor. Conc. Tolet.

Morales. Baroni. Hispan.

72. Orosius.

Orosius.

informa

informatione pro concept. cap. 5. fol. 11. Coram Deo notari, & in veritate comperi, quod nulla mulier in partu periclitatur, super quam Maria gratia devotè imploratur, & dies conceptionis celebratur.

73. Sexto, Ascendamus jam ad primitivam Ecclesiam ad tempus nempe Apostolorum, de quo testatur Flavius dexter auctor magnæ auctoritatis contemporarius, & amicissimus D. Hieranti, ad quem dedicavit sua opera, & floruit circa annum 450. Sic scribit ad annum. 308. n. 9. A Jacobi prædicatione celebratur in Hispania festum immaculate, & illibate Conceptionis Dei Genitricis Mariæ, qui valde fuisse Flavius interpretatur, ut dicant, si sum non agere de Virgine, de Conceptione passiva, quando divinum verbum concepit, hoc evidenter patet quantum distat à vera intelligentia, nam in omnium ore Conceptio Immaculata, & illibata intelligitur de Conceptione Deiparæ in utero Sanctæ Annæ.

74. Probat etiam ex Liturgia Sancti Jacobi Minoris lingua Syriaca scripta, de qua superiori quæst. ego, qui cum dicitur, Memore principis Sanctissima Immaculata, & super omnes benedicta gloriosa Domina Maria, Respondet chorus; Dignum est, ut te verè Beatam dicamus Deiparam, semper Beatam, & omnibus modis irreprehensibilem matrem Dei. Ex quo fit manifestum Ecclesiam publice auctoritate Jacobi Apostoli in Milla decantare Virginem illibatam omnibus modis irreprehensibilem. Tertio, id etiam constat in Ecclesia Aegypti ex traditione Sancti Marci Evangelistæ, in quodam libro dicto Novi testamenti habetur in Conceptione Virg. Mariae legatur Evangelium Beatus venter. Titulus autem festivitatis est, Lectio in Conceptione Deiparæ Mariæ, quod ex gravissimis Auctoribus refert Agydius Lusitan. De conceptione lib. 3. q. 6. art. 1. §. 1. n. 221. fol. 318.

75. Et jam ante Apostolos mysterium Conceptionis Virg. fuisse revelatum Parenti Eliæ, ut ex Joanne Hierosolymitano, & aliis multis supra dixi quæst. 9. in fine, & tener ipse Agydius citatus n. 222. Quam revelationem Elias suos discipulos docuit, qui semper in veneratione tanti mysterii, perseverarunt, de quo latius egi Opusculo 3. de Eliæ, Resolut. 1. quæst. 3.

Triplex Argumentum.

76. Primo, Ecclesia sancta Romana non potest errare in celebrandis festivitibus Sanctorum sed Ecclesia Sancta Romana non solum celebrat festum Conceptionis, sed etiam illud præcipit celebrari, ergo in celebratione Conceptionis B. Virg. sub titulo Immaculate Conceptionis errare non potest. Consequenti recte colligit; minor est evidens, quia Ecclesia non solum celebrat festum Conceptionis, sed etiam pro eius festivitate concedit indulgentias. Major probatur, quia cum Ecclesia habeat assententiam Spiritus Sancti, fieri non potest, ut det religiosum publicum cultum alicui, cui non deberet ut personæ in statu damnationis, ut probat D.

Tho. 2. 1. q. 93. art. 1. in fine & ad 3. Alias talis D. Thoma cultus esset contra virtutem Religionis, & ratione mendacii, ac deceptionis esset valde perniciosus, & superfluitosus, ut docet ibid D. Th. ergo si Conceptio Virginis non fuisset pura, & illibata, Ecclesia quæ est columna veritatis, non dedisset illi cultum, ergo cum illum tribuat, pura & sancta est Conceptio.

77. Probat etiam ex eo, Patres, & Theologi probant, Beatam Deiparam ex utero matris suæ Annæ natam fuisse in gratia & sanctam absque peccato originali, quia Ecclesia ejus festum celebrat, ergo à fortiori ex eo quod celebrat festum Immaculate Conceptionis tenendum est, quod ipsa virgo in sua Conceptione extitit pura, & immaculata antecedens est Patrum doctrina. Ex O. Bernard. D. Bernard. Epistol. 174. ad Canonicos Lugdunenses. D. Ildeph. libro de Virginitate Virgibus sic ait, Quia ejus natiuitas tam solemniter constituitur, constat ex auctoritate Ecclesie, quod nullis, quando nata est subditiis delictis. Et hoc aperte supponit D. Thom. 3. 1. q. 27. D. Thom. art. 1. in Argumen. sed contra.

78. Probat etiam ex eo, quod Conceptio dies multa festivitate celebratur in tota Ecclesia sub dupli i majori, & cum Octava; ita ut valde sit sollemnissimus, & maxime in Hispania, ac Lusitania, quod ex statu Spiritus sancti est ordinatum ad ostensionem veritatis purissimæ Conceptionis; præcipit Concilium Tridentinum Sessio. 13. cap. 5. de sacra. Euchar. Sacramentum corporis Christi magna festivitate, ac solemnitate celebrari; Aut Concilium, Sic quidem oportuit videri eam veritatem de mendacio, & heresi ritum phum agere, ut ejus adversarii in conspectu tanti splendoris, & in tanta universæ Ecclesie lætitia positi, vel debilitati, & fracti tabescant, vel pudore affecti, & confusi aliquando respiciant.

QUESTIO XII.

Veritas puræ, & Immaculate Conceptionis ostenditur ex verbis, & modo loquendi Conciliorum.

79. Requenter in multis Conciliis Generalibus dicitur sanctissima Deipara pura, illibata, & immaculata. In Concilio Tertio Generali celebrato anno 403; ut testatur Phocius in Epistola ad Bulgarie Principem, & in Concilio sexto Generali an. 320. Actione 2. dicitur, Quia Immaculata semper exististi ab exordio tue creationis, quia paritura eras creatorem totius sanctitatis. Maxime notanda sunt verba Immaculata semper exististi ab exordio tue creationis. In epistola Sophronii habetur Mariam ab omni contagio, sive labe liberam fuisse credimus. In Conc. Toletano secundo anno 675. in Professione fidei sic habetur, Solam filii personam pro liberatione humani generis hominem veram sine peccato de sancta, & Immaculata Maria Virgine, credimus assumpsisse. In septima Synodo Generali, quod fuit secundum Nicænum An. 787. Ad. 1. dicitur Veneramus etiam, & adoramus Imaginem Deiparæ & Domina nostra irreprehensibilis, & Immaculata.

80. Franco-ford. Immaculata. In Franco-fordensi epistola ad Episcopos Hispaniæ, scribitur Virgo immaculata, profusque pura. Concilium Oxoniense celebratum in Anglia anno 1220. eodem modo loquitur & præcepit celebrari festum Conceptionis Deiparæ ut testatur Fernandus Ojeda in Relectione de Conceptione cap. 12. Similiter & Concilium Cantuariense citatum à nostro Baconio quolib. 3. quæst. 13.

80. Nec potest dici, quod Beatissima, virgo dicitur à Conciliis pura, Immaculata, irreprehensibilis, peccatis nempe actualibus tantum, hoc nullo modo potest dici; quia si habuisset peccatum originale, non poterat dici absolute pura, & immaculata, irreprehensibilis, ex eo quod erat libera à peccatis actualibus; nam peccatum actuale dicit mortale, & veniale, & majorem notam, ac maculam imponit peccatum Originale, quam veniale, ut est notum. Deinde quod sanctissima Deipara dicatur pura, immaculata, irreprehensibilis omnibus modis; si habuisset peccatum Originale, locutio est valde impropria, per respectum ad verum, & genuinum sensum, & secum importat fictionem, & falsitatem, ut ex multis probant Justitiæ Mendocæ de Privileg. ad instar. Menoch de arbitrar. casu 3. 1. n. 13. Gama Lusitan. Decis. 223. n. 2. Cædo Distinct. 33. num. 2. Barbof. in Decision. Dictione 152. num. 2. Verba autem Conciliorum simpliciter, & absolute sunt vera, & nullam important fictionem, vel falsitatem.

81. Omitto auctoritatem Concilii Basileensis, quod celebratum fuit anno 1439. ubi sess. 36. approbat laudabilem, & piam consuetudinem Ecclesiæ celebrantis Officium Immaculate Conceptionis, tamen Concilium rem non definit; sed loquitur secundum piam, & laudabilem consuetudinem, ut notat Corduba lib. 1. Quæstion. quæst. 40. post. 6. Concluf. Bellarm. lib. 4. de amissione gratiæ, & statu peccati cap. 15. §. Deinde. Et quod magis est illud Concilium tempore Decreti jam non erat legitimum, ut pote continuatum sub Amadzo Antipapa reuente Eugenio vtero Pontifice; Unde Concilium pro tali tempore fuit accephalum, & conciliabulum declaravit Leo X. in Concil. 3. de Lateran. sess. 25. in Bolla, quæ incipit, Pater Aternus. Et Eugenius IV. & Nicolaus V. nulla illius Concilii Decreta approbarunt, nec confirmarunt, de quo Agyd. Lusitan. de Concept. lib. 3. q. 3. art. unico, sect. 2. n. 8. fol. 170.

QUESTIO XIII.

Veritas Immaculate Conceptionis Virginis Mariæ ostenditur, ac declaratur Auctoritate multorum Summorum Pontificum.

81. Deus sua infinita, & alta sapientia, ac providentia gubernans suam Ecclesiam disponit, & ordinat, ut non omnia mysteria simul aperiantur, ac exponantur, ab ipsa Ecclesia, sed sensum pro præfati occasione,

rerum statu, ac capacitate fidelium, & opportunitate temporis, quod Christus Dominus nobis insinuavit; nam postquam in ultima Cœna sublimia & alta docuisset suos discipulos, Ioan. 16. n. 12. addit, Multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo; scietis autem postea: Non potestis portare modo omnia, nempe illa, non potestis corde, & sur animo intelligere, capere, ac retinere Divus Chryst. homil. 77. in Math. sic loquitur in persona Christi; Non est ignorantia mea ad scribendum, quod non dicam, quæ dicere oportet, sed audientium imbecillitati. Unde laudatur sicut pruden quem constituit Dominus quando amicum suam, ut det illis cibum in cond. Math. 24. n. 45. D. Lucas scribit c. 12. D. Mar. 24. ut det illis in tempore tritici mensuram. D. Luc. 14. Dat triticum, & cibum doctrinæ ad mensuram temporis, occasionis, ac capacitatis Audientium.

82. Hinc Ecclesia rectè comparatur Auroræ, Cantic. 6. num. 9. Quæ est ista, quæ progreditur quasi Aurora surgens. Aurora quippe temporis processu magis splendet, rutilaque vehementius; Sic Ecclesia sancta Divino Spiritu quotidie eam plenius illustrante, alta, & sublimia mysteria pro temporis opportunitate, ac occasionis nobis aperit, declarat. De ipsa Ecclesia affecti ut Cantic. 8. num. 8. Soror nostra parva & ubera non habes, quod modo hoc dicitur de illa, ubera non habes, cum de ea scribatur Cantic. 7. num. 3. Duo ubera tua sicut horri, quomodo affecti ut de illa, Soror nostra parva, ubera non habes. Quæ verba juxta communem sensum teste Gilerio in Gilerio, Appendice, intelliguntur de Ecclesia primitiva, quia tunc erat parva in suo exordio, & non habebat ubera ad effundendam magnam copiam lactis ob debilitatem audiendum. Theodoret. Cum nec doctrina lac, aut solidum cibum possit egentibus ministrare. At vero postea Spiritu Sancto cooperante, cum adolevit, & vires comparavit, jam habet ubera ut copia lactis suæ doctrinæ totum mundum valeat fecundare. Sic & Summi Pontifices hoc negotio puræ, & immaculate Conceptionis apertendo ac explicando sensum se habuerunt pro opportunitate temporis, ac imbecillitate aliorum, qui omnes à Sixto Quarto usque ad præfens mysterium Conceptionis Virginis maxime venerantes illud explicarunt, non expresse definites, sed celsitudinem mysterii declarantes, ac fidelium devotionem excitantes.

Series Pontificum.

83. Primus extitit Sixtus IV. magna devotione affectus ad tantum virginis mysterium, & de hac re quatuor edidit constitutiones, & in duabus primis præcipit in tota Ecclesia Romana celebrare Officium sub titulo immaculate Conceptionis, Quartum prima, incipit Grave nimis; expedita fuit anno 1482. Altera est Extravag. 2. de reliquiis, & venerat. sanctæ expedita fuit anno 1483, & concedit indulgentias pro celebratione ipsius festivitatis. In aliis duabus approbat Officia Conceptionis; unum compositum à Leonardo Nogarolis, alterum à Bernardino de Barts.